



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. An, & quando Ecclesiæ læsæ ob alienationem rei Ecclesiasticæ competat beneficium restitutionis in integrum, & quæ sint pœnæ malè alienantium res Ecclesiasticas, aut malè accipientium?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

Laicis, & Clericis extraneis, quibus jus agendi in defectum aliorum ad repetenda male alienata conceditur, cum de jure publico læso quilibet admittatur.

§. II.

An, & quando Ecclesia læsa ob alienationem rei Ecclesiastica competat beneficium restitutionis in integrum, & qua sint pœna male alienantium rei Ecclesiasticas, aut male accipientium?

Quod petere possit Ecclesia ob rei Ecclesiasticæ licitè etiam factam alienationem, si postmodum enormiter lætam se fuisse comperiat, restitutionem

in integrum, ex c. *Ad nostram* 11. h. *in junctâ Glosâ V. enorme* patet. De qua restitutione in integrum Ecclesiæ concedenda, præsertim intra quod tempus videri potest *Tit. 41. I. Libri Decretalium.*

Ad pœnas quod attinet, contra Sacrosanctos Canones rem Ecclesiæ alienantia, & male alienatam recipientis, ex dictis capitulis §. patet, quod excommunicatio uterque incurrat, nisi statim, vel intra præfixum à Prælato Ecclesiasticis tempus alienationem talem revocaverit, & res alienatas restituierit. Vide c. *Supra* 6. h. 2. & can. *Apostolicos* 13. §. *Quia* *Caus. 12. q. 2.*

T I T V L V S XIV.

DE PRECARIIS.

§. I.

De contractibus in genere.

Quæ hoc §. dicuntur melius ex Theologia aut jure Civili desumuntur.

§. II.

De contractu Precarij.

Precarium est species quædam liberalis, & gratuiti contractûs, quo precibus petentis conceditur utendum aliquid, quamdiu is, qui concessit, patitur, sive quamdiu non revocat c. 3. h. 1. Differt à donatione, quod qui donat sic dat, ut non recipiat amplius, & traditione factâ revocare nequeat, nisi in certis quibusdam casibus à jure expressis; Pre-

carium verò ita conceditur, ut per usus quidem rei transferatur in alium, non autem dominium, & illud licet repeti possit; à commodato verò differt, quod ad specialem usum, vel certum, & definitum tempus expressè, & tacitè concedatur commodatum, quod tempus finitum, aut certum præstitum revocari non potest commodatum; Precarium verò nec ad certum tempus determinatum, nec ad certum usum ordinariè conceditur, & quocumque tempore revocari potest. Et hinc colligitur, quæ ad substantiam Precarij requirantur, primò quidem consensus tam dantis, quam recipientis, quod contractus est. Secundò, ut fiat in